Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 134

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 318.

	7.
Tractatus de ar-te moriendi. 270a – 279b	Tractatus de arte moriendi. Incipit: "Cum de preſentis exilii miſeria." Opus quidem ſatis notum, sed incerti authoris. Differt ab editioni-bus quas Bibliotheca noſtra poſſidet. Vide An-tiquitat: Bibl: Seitenst: p: 1 & 62. Weislinger
Jac. Fusignan.	in Armament: p: 241 dicit Jacobum Fuſignam Ord: Pradic: conscripsiſſe librum de arte mori-endi, an noſtrum nescio; cæterum de hoc Fuſignamo nulla apud eruditos occurrit mentio.

Cod. CXXXIV.

Chartac: Fol: Sec: 15. A 6.16.

	1.
Petri Lombardi Lib: III & IV Sen-tentiarum. 2a – 84a	Petri Lombardi Liber III, et IV Sententia-rum quorum primus incipit: "Hic enim ordo rationis poſtulat"; hunc ſequitur elenchus capitum utriusque libri, quem excipit prologus in librum quartum ſub hoc initio: "Si quis veſtrum indiget ſapien-tia." Illud notatu dignum præfationem
(a) Vide Cod: CXXX.	Petri Comeſtoris (a) in ſuam historiam ſcho-laſticam hic præfigi libro tertio Sententi-arum, inepte satis, cum librarius Petrum Comeſtorem confuderit cum Petro Lombardo. Cæterum multæ lineis interjectæ ſunt no-tationes.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 134

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 319.

2

Ejus lib: IV sent: versificatus. 88a – 214b

Ejusdem liber quartus sententiarum versifica-
tus. Incipit: "Sacramenta docent, exercent
atque timorem Pellunt, in verbis et rebus perfici-
untur."

3

Joan: de Deo Apparat: metric: super arbore decretorum. 215b – 216a

Joannis de Deo Hispani, Doctoris Bononien-
sis Apparatus metricus super arbore consan-
guinitatis decretorum. Initium est: "Me-
tam dat rigor, hancque dispensatio laxat".
De hoc Apparatu Joannes Andreae apud Nic.
Antonium in Bibl. Hisp. vet. libr. 8. c. 3 p. 45.
ait: "Initio circa lecturam arboris diver-
sis olim diversum modum tenentibus, Joan-
nes de Deo Hispanus post illos lecturam il-
lius arboris novum modum assumens, per
suas metricas regulas ipsius intellectum
nisus est aperire. Sed propter multitudinem
regularum, et versuum obscuritatem, ali-
quibus notum ignotum, et aliis ignotum
ignotius reddidit." De Authore vide Co-
dic: LXXIIX. n: 3.

In fine cod. legitur: "Explicit quar-
tus liber sententiarum magistri Petri Lon-
gobardi per manus Bartholomei de Rum-
berx ad voluntatem domini Symonis de
Kocor."

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 134

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27473

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)